

TRACTATUS

De

IURISDICTIONE

ORDINARII IN EXEMPTOS,

DEQUE ILLORVM EXEMPTIONE AB
ORDINARIA IURISDICTIONE:

Cum multis Pontificum decretis, et S. S.

*Congregationis Illustriss. Cardinalium Declarationibus illustra-
tus: modo auctor & correctior in lucem datus.*

IN IUDICIO FORENSI OPIDO QVAM UTILIS
& frequens.

Auctore ERASMO A CHOKIER IURISCONSULTO LEODIEN.

CVM GEMINO INDICE: VNO QVAESTIONVM; AL-
tero Rerum ac Materialium.

SECUNDA EDITIO, QVINTA PARTE LOCVPLETATA.

num. 93. . Col. 4. num. 10.



COLONIAE AGRIPPINAE.

Apud IOANNEM KINGIUM, sub Monocerote.

ANNO MDCXXIX.





ILLVSTRISSIMO DOMINO, D.

G V I L I E L M O

A B A V A R I A,

BARONI DE HOLINGHOVEN,

ORDINIS S. IACOBI EQVITI

S. ^{mi} D. N. VRBANI P. P. VIII.

CAMERARIO CON LA SPADA, SERENISS.


Bavariz, & Colonienf. Electoribus à Confilijs intimis,

Domino & Patrono suo obseruandis-

limo, &c.



Diderat ante aliquot annos fra-
ter meus lucubrationes bono pu-
blico, nisi me fugit ratio, natas,
de Iurisdictione Ordini-
narij in Exemptos, quas
inclyto nomini Sereniss. Antisti-
tis nostri & Principis Electoris Clementissimi, me-
ritò inscripsit. at postea ad incudē priores reuocans,
varias addidit ad eam rem quæstiones, quas etsi
non usquequaque limatas ob eius præproperum,
proh dolor! obitum, non negligendas, sed in fa-



ERASMI

ACHOKIERIC LEODIENSIS,

DE

JURISDICTIONE ORDINARII IN EXEMPTOS,
deq; illorum Exemptione ab Ordinaria Jurisdictione,
Tractatus.

PARS PRIMA,

QUESTIO PRIMA.

Quæ sit definitio & origo Exemptionum.

SUMMARIUM.

1. **D**E Exemptionis ethymo & elegantia.
2. Exempti ceteros honore præcellunt.
3. Definitio Exemptionis.
4. Acquiritur præscriptione & privilegio.
5. Privilegium duplex, proprium & commune.
6. Diocesani significatio restrictior quam Ordinarij. fallit tamen in materia favorabili. 8.
7. Quid sit Diæcesis.
9. Ordinarij appellatione qui comprehendantur.
10. Concil. Trid. committens aliquid Ordinario, non censetur exclusisse Vicarium.
11. Secus si Diocesano committatur.
12. De origine Exemptionum ab emancipationibus, manumissionibus, &c.
13. Oppressio, lites, compensatio causa impulsiva Exemptionis. 15. 16. 17.
14. Causa efficiens Pontifex.
17. Finalis, quies Exemptorum, favor sanctæ sedis.



EXORDIENDVM ab ethymologia & deriuatione nominis: ea enim plurimum rei substantiam & cognitionem illustrat: Cicero in topic. ubi Boet. latè Præses in locis legalib. loco ab Ethymolog.

Eximo quod fit, inquit Nicolaus Perittus (in commentariis lingua latine) ab ex & emo; est velut aufero, excipio, generalius verbum, quam eripio; etenim eripere, ait Pomponius, est de manibus auferre per raptum, eximere vero quoquo modo auferre. L. sed eximendi. ff. ne quis eum qui in ius. Vnde hæ formulæ: eximere ex reis, ex A Erariis, noxæ, notæ,

A

pœnæ